

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 865

**Auteur(s)** : Guillaume de Tournebu, Bayeux (doyen chapitre cathédral)

**Auteur(s)** : Bayeux (chapitre cathédral)

**Bénéficiaire(s)** : Osmond, Cully (prêtre)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1163, 26 février

**Lieu d'émission** : Bayeux

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Guillaume de Tournebu, doyen de Bayeux, et tout le chapitre notifient la cession faite de la chantrerie de Cully au prêtre Osmond par Robert de Bolon.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° LXXIII, t. 1, p. 91-92.

## Dissertation critique

BOURRIENNE, t. 2, p. 367.

Texte établi d'après a

Guillelmus, Baiocensis ecclesiae decanus, totusque ejusdem ecclesiae canonicorum conventus, omnibus sanctae matris Ecclesiae filiis, tam praesentibus quam futuris, in Christo salutem. Notum vobis esse volumus quod, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo sexagesimo tertio, concessit magister Robertus de Bolon Osmundo sacerdoti cantariam ecclesiam de Curleio, quae de praebenda sua est, id est quae ad feodum Willelmi Picoth pertinet, videlicet oblationes, elemosinas quae dantur pro mortuis, decimas illas quae ad altare pertinent, excepto quod magister Robertus sibi garbas retinuit, duas et terciam. Pepigit etiam Osmundus se ostensurum magistro Roberto terras illas quae ad elemosinam suam pertinent, et se easdem cum cantaria a magistro Roberto recogniturum. In signum autem recognitionis, dat Osmundus magistro Roberto tanquam personae pro parte illa, singulis annis, quinque solidos Andegavenses ad Pascha, et viginti candelas ad festum Purificationis beatae Mariae. Clericus autem, quem Osmundus ponet in ecclesia, fidelitatem faciet magistro Roberto, quod super his, quae ad praedictam partem ecclesiae de Curleio pertinent, nichil mali ei machinabitur. Juravit autem Osmundus, in capitulo Baiocensi, super sanctum Evangelium, quod hoc pactum magistro Roberto de Bolon, vel si supervixerit canonico qui ei est successurus, firmiter observabit. Testibus : Willelmo, Baiocensi decano ; Unfrido, archicapellano ; Patricio, et Thoma, archidiaconis ; Radulfo, avunculo episcopi ; magistro Herberto ; Willelmo de Brolio ; Rogero de Arreio ; Radulfo de Petrariis ; Ricardo de Ros, et Ricardo de Croleio ; Anshetillo, sacerdote ; Johanne de Siccavilla ;

Hamone, diacono ; Bartholomæo, et Helya de Sancto Georgio, canonicis. Hoc autem factum fuit quarto kalendas marcii.